

5301

d. m.

factionis Venetae Fusco sacra|vimus aram
de nostro, certi stu|diosi et bene amantes,
ut sci|rent cuncti monimentum | et pignus amoris.¹

Integra | fama tibi, laudem cur|sus meruisti,
5 certasti | multis, nullum pauper timu|isti,
invidiam passus sem|per fortis tacuisti,
pul|chre vixisti, fato morta|lis obisti.

Quisquis homo | es, quaeres talem. Subsiste | viator,
perlege, si memor | es, si nosti quis fuerit vir — |

10 Fortunam metuant omnes — | dices tamen unum:

Fus|cus habet titulos mor|tis, habet tumulum.

Con|tegit ossa lapis; bene habet. | Fortuna valebis.

Fudimus | insonti lacrimas, nunc vi|na. Precamur
ut iaceas pla|cide. Nemo tui similis.

Τοὺς σοὺς ἀγῶνας αἰὼν λαλήσει.

Tarracone, nunc in Anglia loco dicto Chevening (II 4515 vidit Huebner. Buecheler *carmin. epigr.* 500). — 1) *Verg. Aen.* 5, 538. 572.

5302 Socrates agitator | continentes ollas III.

Roma ut videtur Veronam allata, tabella columbarii (VI 40064 vidit Mommsen).

5303 [hic requies]cit Eutymius¹ auriga² qui vixit | [annos] . . m. I
d. VII, dep. V idus Octob. | [cons. Theo]dosio Aug. XVII et Festo v. c.³

Romae in pavimento basilicae S. Pauli (VI 40066 cf. *Bull. di archeologia crist.* 1899 p. 249 aliquoties descripta a saec. XVI ad XVIII). — 1) *Apographa variant inter Eutymius, Eutymus, Eutumius (litteris uo contignatis)*. — 2) *aurica pars apographorum. Ad hunc Euthymium pertinere nummos q. d. contorniatos, in quibus ad imaginem aurigae adscriptum est Eutumius, Eutimi vincas, Euteimi nica similiterve (Cohen méd. imp. ed. 2 t. VIII p. 295 n. 165. 164, p. 505 n. 266 seq., p. 344 n. 359, p. 345 n. 344. 345), putat R. Wünsch Sethianische Verfluchungstafeln aus Rom p. 62, item hunc esse Euthymium aurigam qui devovetur in tabellis plumbeis Romae repertis, ap. Wünsch l. c. p. 25. 30. 33. 33. 36. 38. — 3) A. 459.*

5304 d. m. C. Pompeio Euscemo conditori factionis russati¹ et
factionum primus², patrono bene merenti optimo et pientissimo, fecerunt
liberti et libertae heredes, fecerunt de suo.

Romae (VI 40075 semel descripta saec. XV). — 1) *Russati, ut infra N. 5308: veneti*. — 2) *Hic corrupta quaedam videntur.*

5305 d. m. | Ponpeiae Trofhime | Vestiaria Rufina | filia matri | b.
m. f., uxor | Narcisionis | conditor. | gregis ryssatae (sic).

Romae (VI 40072 vidit Bormann).

5306 Antistia L. f. | Praenestina | vivit ann. XXIII, | Inac[hi] con-
ditoris primi | factionis venetae, | Eros fecit.

Prope Roman via Nomentana (VI 40074 bis ut videtur descripta saec. XVII).